

Quartus ejusdem est figurae, sed pluribus spinis ab utroque latere et in dorso horret, pedibus et brachiis hirsutus, et supina parte, variis coloribus, sed praesertim rubro, maculatus.

TAB. IV. 4. *Quintus* quem Heracleoticum Rondeletius vocat, aculeos in fronte habet et in lateribus. Pars testae pro-na aculeis aspera est, et hirta, coloreque fusco.

Sextus asperitatem in testa tomentosam habet, coloreque est cinereo et fusco.

Reperiuntur in Aegaeo, Ionio et Adriatico mari.

Mares eliguntur autumnus, hyeme et Aprili mense *ad Cibus*, in plenilunio: foemina vero reliquo anni tempore usque ad Septembrem. Asfantur etiam in furno ano et ore clausis, ne quod intus est liquidi effluat.

Locus.

Ufus.

PUNCTVM III.

De Paguro.

TAB. V. 13. *Paguro*, *παρά τὸ εἶναι καὶ φυλάττεσθαι ἐν πύργοις*, id est, *κρεμνώδεσι πύργοις*,

TAB. VI. 1. quod in locis praeruptis versetur, nomen inditum est. Simeon Sethi eum Carcini appellatione dignatur. A Palladio Cancer marinus dicitur. Scholiastes Aristophanis Caraburi exponit.

Moderni Graeci Paguri nomen adhuc retinent, idemque in Dalmatia, teste Massario retinetur. Latior est quam longior, et ex Oceano in pedalem longitudinem abit. Visus in Anglia decem libras pendere. Valida crusta integitur et laevi, eaque novem ingyrum crenis imbricis modo incisa est.

Color vivorum vividior prae nimia rosei exhalatione veluti subnigra tergora apparent. *Crura* utrinque blaela quatuor habent, villis hirta, ternis articulationibus geniculata, in quibus ungues acuti oblongique sunt minime bifidi. *Brachia* bifulca parte anteriore binis articulis intercepta forcipibus crenatis munita, in extremo nigra: quibus quae constringunt ut edant, etiam dura confringere possunt.

Branchias utrinque in latere ostendunt dispositas, ut reliquum genus Locustarum, sub tergoris crusta fenis ordinibus ad tibiarum radices infertur. In ore tot comperies naturae secreta, tot adstantes appendices, tot pelliculas, ut coactus incredibile artificium necesse est fatearis. *Mutim*, quae hepar est, habet dulcissimam, maxima ex parte subrubram, cum infinitis prope apophysibus flavis grandistomacho adjacentibus. Reliquae partes internae musculis albis constant, quibus externae moventur.

TAB. V. 3. *Mutim*, quae hepar est, habet dulcissimam, maxima ex parte subrubram, cum infinitis prope apophysibus flavis grandistomacho adjacentibus. Reliquae partes internae musculis albis constant, quibus externae moventur.

Brachia bifulca parte anteriore binis articulis intercepta forcipibus crenatis munita, in extremo nigra: quibus quae constringunt ut edant, etiam dura confringere possunt. *Branchias* utrinque in latere ostendunt dispositas, ut reliquum genus Locustarum, sub tergoris crusta fenis ordinibus ad tibiarum radices infertur. In ore tot comperies naturae secreta, tot adstantes appendices, tot pelliculas, ut coactus incredibile artificium necesse est fatearis. *Mutim*, quae hepar est, habet dulcissimam, maxima ex parte subrubram, cum infinitis prope apophysibus flavis grandistomacho adjacentibus. Reliquae partes internae musculis albis constant, quibus externae moventur.

Crura utrinque blaela quatuor habent, villis hirta, ternis articulationibus geniculata, in quibus ungues acuti oblongique sunt minime bifidi. *Brachia* bifulca parte anteriore binis articulis intercepta forcipibus crenatis munita, in extremo nigra: quibus quae constringunt ut edant, etiam dura confringere possunt. *Branchias* utrinque in latere ostendunt dispositas, ut reliquum genus Locustarum, sub tergoris crusta fenis ordinibus ad tibiarum radices infertur. In ore tot comperies naturae secreta, tot adstantes appendices, tot pelliculas, ut coactus incredibile artificium necesse est fatearis. *Mutim*, quae hepar est, habet dulcissimam, maxima ex parte subrubram, cum infinitis prope apophysibus flavis grandistomacho adjacentibus. Reliquae partes internae musculis albis constant, quibus externae moventur.

Rondeletius sub nomine Cancrⁱ Majae descripsit. *Differentias* si spectes, alius est Mas, alius Foemina. Scaliger alium orbiculatiorem, fusciorem, et majorem facit; alium quadratiorem et minorem, colore dilutiore, et paene pallida viriditate. Poreffos vocant Veneti.

Huc pertinet *Cancer Heracleoticus* Bellonii ab urbibus Heracleis, quarum una *Ponto*, altera Propontidi adjacet, dictus. *Crusta* firmiore munitur ut Maja, *Tibias* utrinque quaternas habet, *brachia* duo admodum firma, binis articulis geniculata, forcipibus robustis bifulca, hispida, et bene armata, quorum pars superior elatis crenis vallata est. Nonnulli *Gallum marinum* vocant, quod brachia ejus in crista galli modum tornata videantur. *Dorsum* tuberculis exasperatur et coloris est miniacei.

Huic similis est *alter* pilorum densitate, Urfi corium referens. Differt a priore primum chelis, quae longiores sunt, et in extremo utroque, quae forcipem facit, et instar dentium sibi invicem dum clauduntur contingunt, colore miniaceo: praeterea pedibus brevibus, quorum duo posteriores utrinque brevissimi, antennis et oculis magis a se invicem distantibus. *Invenitur* in mari Tyrrheno et Adriatico: sed in Oceano maximus. Vidit Rondeletius unum, cujus latitudo palmum majorem superabat, longitudo ad semicubitum accedebat. Alexander apud Aelianum genus quoddam Cancrorum commemorat, quorum testa circumferentia undique ped-

Differentia.

Aelian. H. A. l. 17. c. 1.